p. Glorificatus deus in sanctis suis. ¶ Secundo ut
gratiam et suffragia eorum acquiramus que nobis
multum necessaria sunt contra hostes nostros et homines
maliciosos sanguinem nostrum sicientes.
Greg. Nichil se fecisse estimat cum animas
non sauciat. Exhibeamus ergo magnam re
uerentiam ad altaria et ecclesias ad hono
rem angelorum dedicatos immo ad omnes
ecclesias quas angeli uisitant. Gen. xxviii
vidit Jacob angelos ascendentes et
descendentes in loco ubi domus dei futura
erat. Bernardus. In quo uis diuersorio in quo
uis angulo reuerentiam habe angelo tuo ne
audeas eo presente quod me presente non
auderes. ¶ Tercio ut de beneficiis eorum
grati non simus. Non est mirum si in anno se
mel de ipsis sollempnizemus cum ipsi
tociens quasi sollempnizent de nobis. ¶ Quar
to ut gradus ipsorum considerantes eos imitemur
unde non. quod in uerbo proposito completur gram
maticaliter ostendit nobis. quibus imitari debemus. scilicet humili
tas. Obedientia. et caritas. ¶ Humilitas
in hoc quod dum esse pusillorum sic eis minis
trant ac si essent eorum ¶ Obediencia in hoc quod
faciunt missi. Angeli interpretantur missi
uel nuncii. ¶ Caritas in hoc quod deo semper
uident. etc. ubi amor ibi oculus. Semper uero
hoc faciunt. Non negligunt ministerium
proximi. propter dilectionem dei. utramque uitam habent
contemplatiuam et actiuam. Noli mirari. Bernardus
nimis insiste osculis contemplationis
meliora sunt ubera predicatoris. Et cum
angelis ex superbia et inuidia dyabolus factus
sit. uoluit deus angelos confirmatos hu
militati et obedientie et caritati intende
re que sunt apposita duobus dictis malis.

Angelis suis Item in eodem festo
mandauit de te ut custodiant te in omnibus
uiis tuis. In manibus portabunt te etc. ¶ In
uerbis propositis tria nobis ostenduntur. scilicet
¶ Dei erga homines caritas. in hoc
quod tantos custodes homini deputauit.
¶ Hominis dignitas in hoc quod hominem repu
tauit ¶ Angeli humilitas in hoc quod
ministerium hominis non recusauit. ¶ De
primo dicit Bernardus. Mira dignatio et uere magna
dilectio caritatis quis enim quibus et de quo
quid mandauit. Summa maiestas
mandauit et angelis suis mandauit
illis utique sublimibus tam beatis. tam prox
ime sibi coherentibus. mandauit autem de te.
Tu quis es. Domine quid est homo. quia in
notuisti ei. etc. quasi non. sed homo putre
do et filius hominis uermis. Sed quid
putas mandauit. ut custodiant
te. ¶ De secundo dicit Jeronimus. Magna dignitas
animarum est ut una queque ab ortu nati
uitatis sue angelum habeat ad sui custo
diam deputatum. ¶ Angeli humili
tas ostenditur ibi. In manibus por. te.
Et non. quod humilitas angeli homini mi
nistrantis simpliciter est commendabilis ¶ Primo ratio
ne nature angelice. quia eius seruit lu
to homini. ¶ Secundo ratione loci. in quo homini
ministratur quasi in stabulo. Bernardus.
Quem gratanter recipiunt in palatio quis
tam dignanter uisitant in sterquilinio
¶ Tercio. Ratione status hominis quem et ipsi
ipsum patrem non desinunt custodire.

Videte ne Item in eodem festo
contempnatis unum ex hiis pu
sillis. Angeli eorum in celis semper ui
dent faciem. patris mei. Matth. xviii ¶ Verbum
propositum duo continet. scilicet quandam salua
toris exhortationem et exhortationis
rationem ¶ Exhortatio monet nos ad prestandum
humilium et honorem. ¶ Ratio uero ex
hortationis ad personarum sublimium dei
scilicet et angelorum amorem. ¶ Circa primum
notandum quod .v. sunt que mouent ad hono
rem humilium personarum ¶ Primum est quod
sunt ad ymaginem et similitudinem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_342/0469

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG